Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





eacas Et quis dedit hanc potestatem tibi Rndes
iesus dixit illis Interrogabo uos et ego unum
sermonem Quem si dixeritis mihi: et ego uo
bis dicam in qua potestate hec facio Baptismum
iohannis unde erat Ecelo: an ex hominibus
At illi cogitabant intra se dicentes Si dixeri
mus e celo dicet nobis: quare ergo non credidisti
illi: si autem dixerimus ex hominibus: timemus
turbam Omnes enim habent iohannem sicut p
phetam Et respondentes iesu dixerunt Nesci
mus Ait illis et ipe Neqz ego uobis dico: in qua
potestate hec facio Fria vj·l·ebdm Jude apli·

Fratres Nolo uos ignorare
semel omnia: quod iesus populum de terra egypti saluans: secundo eos qui non crediderunt perdidit: angelos uero qui non seruauerunt suum principatum: sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei uinculis eternis sub caligine iudicij reseruauit Sicut sodoma et gomorra et circumciue ciuitates similiter ex fornicate et abeuntes post carnem alteram facte sunt exemplum ignis eterni penam sustinentes: similiter et hi qui carnem quidem maculant dominatione autem spernunt: maiestatem autem blasphemant Cum michael archangelus cum diabolo disputans alter caretur de moysi corpore: non est ausus iudicium inferre blasphemie: sed dixit imperet tibi dns Hi autem quecumqz quidem ignorant blasphemant: quecumqz autem naturaliter tamquam muta animalia nouerunt in his autem corrumpuntur Ve illis qui in via cayn abierunt